



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 19. Gen. 2. De rebellione sensuum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](#)

## MEDITATIO XIX.

G. II.

*De rebellione sensuum.*

**C**ONG. Quomodo, qui in medio hostium positi sunt, saluti suæ invigilet cum metu & tremore.

**PRAEL.** I. Considerare nos in medio quatuor hostium; *Carnis, Sensuum, amoris proprii, & mundani.*

**PRAEL.** II. Petere gratiam expugnandi rebellionem istorum hostium.

**PUNCTUM** I. **MEM.** Occurrant animo, non tantum innumerabiles cogitationes, quæ intrant per sensus, & distrahunt atque abstrahunt mentem à rebus divinis, & à virtute; sed gravissima & varii generis peccata, ad quæ homines inducuntur, per visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum.

**PUNCTUM** II. **INTEL.** Perpendamus malitiam & pravitatem ejusmodi peccatorum: sensus enim quinque dati sunt homini, ut *Dominum Deum suum laudet, ac revereatur, eique serviens tandem salvus fiat*: contra hunc finem fiunt rebelles sensus illi, & hominem in devia trahunt.

**PUNCTUM** III. **INTEL.** Ante consideravimus *Luxuriam* cum suis filiabus, ut loquuntur Autores:

# I. HEBDOMADÆ.

51

tores: consideremus hic duo alio capitalia peccata, cum suis filiabus. Ex *Avaritia*, quæ meritò vocatur, *concupiscentia oculorum*. 1. Joan. 2. nascitur 1. obduratio cordis, sive defectus misericordiæ erga egenos, & durities erga debitores. 2. Inquietudo cordis, cum inani timore perdendi. 3. Violentia. 4. Fallacia, sive dolus in verbis. 5. Fraus, sive dolus in facto. 6. Proditio, sive deceptio contra fidem datam, vel debitam cum alterius damno. Ex *Gulâ*, quæ est rebellio gustus: nascitur in *anima*. 1. Hebetudo mentis, ut V. G. non possit orare. 2. Inepta lætitia, quæ excitat ad turpes cantiones, & actus. 3. Multiloquium. 4. Scurrilitas in verbis, & gestibus. 5. In *corpore*, immunditia. 6. Vomitus. 7. Seminis effusio.

PUNCTUM IV. INTEL. Recensemus etiam filias  
*Iræ*, quæ accenditur, dum aliquid fit sensibus contrarium. Ex *Ira* Nascitur 1. In *Corde*. Indignatio. 2. Tumor mentis, quâ morosè excogitatur vindicta. 3. In *Ore* clamor. 4. Blasphemia. 5. Contumelia. 6. Maledictio. 7. In *Opere*. Rixa. 8. Pugnæ. 9. Seditiones. 10. Vulnera.

PUNCTUM V. VOL. Hisce bene perpensis, dicere possumus verè, & clamate ad Deum: *Inimici mei animam meam circumdederunt*. Ps. 16. *Sub umbra alarum tuarum protege me*. Ibid. *Circumdederunt me mala, quorum non est numerus*. Psala 39. agnoscamus infirmitatem nostram, & diffidamus nobis: & eliciamus actus fiduciæ, quibus scriputura abundat.

D 2

Col.

## MEDITATIONES

52

COLLOQ. Ad Christum Crucifixum, petendo  
per dolores, quos habuit in omnibus sensibus, gra-  
tiam ad rebellionem sensuum expugnandam.  
RECOLL. REPET.

## MEDITATIO XX. G. III.

*De signis propinquis extremi Iudicij.*

CONG. Quomodo reus soleat turbari, quando  
carcer commovetur, ut educatur ad Judi-  
cium.

PRÆL. I. Repræsentare nobis vallem Iosaphat, locum extremi Iudicij.

PRÆL. II. Petere gratiam, ut poenitentiae fru-  
ctus faciamus, antequam dies ille iræ veniat.

PUNCTUM I. Visus. Conspiciamus id quod de-  
scribitur Matth. 24. Sol obscurabitur, & Lun-  
non dabit lumen suum, & Stella cadent de Cælo  
& virtutes Cælorum commovebuntur.

INTEL. Concludamus, quantus terror sit tun-  
futurus. REFL. Docet nos experientia, quo-  
dum peccavimus, non satis memores fuerimus  
illius venturi diei.

VOL. Statuamus observare illud Eccli. 7. tam  
quam nobis ipsis dictum. In omnibus operibus tuis  
memorare novissimata tua, & in eternum non per-  
cabis.

PUN